

citatis; & visum est cunctis qui aderant, quasi actio præterirentis. Qui quærit, spem profectû inventionis concipit: haud satis de re incognita pretium, dum quaritur, sed dum invenitur, sic: ideo thesaurus absconditur; ut sibi ipsi inventor gratuletur. *Quem qui invenit*, inquit, non *Qui querit*; ut gaudeat homo, iudicia felicitate. Et Deus dicitur inventus a non querentibus quia repente accipit dona, quæ nec somno cogitavit speranda. Magnam quodque, quicquid habuerit sollicitudinis, habet exquisiti laboris. Sollicitat Amor. Divinus in donis completæ lætitiæ, expellens in inventoribus fastidiosâ molestiâ. Si quæreres, quantum invenirent; hæreret tædium sine diligentia inventi commodi extollitur gaudium; & Deum inventiunt, qui non exquirunt; ut thesauro gratiæ gaudeant, quasi qui ostendunt. Pèpende: Neutiquam dicitur gaudium margaritas quærerentis; & prædicatur felicitas thesauri forte inventoris.

Matth. 23. 44.

Gratus doni in veni, non quæstum. Matth. ubi sup. v. 44. & 45.

Deus factus suæ gratiæ sine inveniendi.

Magni boni, si fuerit obvia.

Ita, ubi sup. Sine Deo nihil.

hominem invenit, & non homo: quippe in nostram utilitatem amor præoperat, quantumvis homo celer festinanter præcurrat. Quamvis in tranquillo valetudinis portu salvis paralyticis viveret; sine metu recidivationis, reliqueret. Ubi tenuiores vires, exacerbationes graves infirmitatis. Dolentia qui querit invenit, & fortunam solertia parit. Dij facientes adjuvant, atque munificentis studiose cumulatis; & hominem improvidum recidiva (qui erat discrimini proximus) invenit Christus; quippe priusquam pro imminente periculo homo imploraret remedium, celestis preparaverat pietas alexipharmacum. Inter Christi dilectionem & hominum necessitatem iurgia præstant: amicabiliter dimicant: illa facit, & fovet: hæc quantumlibet impigra, terò venit: quoniam motus aligeri Divini Amoris, primoribus vocibus præcellit necessitudinis. Solertia nostra præ illius sollicitudine insignitur pigritia. Ipsimet industria nostræ vigilantiori prævaleat charitatis diligentia: quæ quætere homo curis agitatus præcurrat, iam dudum amor expedit.

Amor medicina præoperat, tamquam medicum, quærens, ut accedat homo.

10. Cùm assertor noster (ait Ioannes) profecturus esset in Galiliam; oportebat eum transire per Samariam. Quid? Venit ergo. Perspicue constat, quod oportebat transire: at quod oportebat eum? Mulleris interest; si quidem illius conversio, et tantum plurimum refert: quo pacto convenit Christo mulieris vulgaris conversio, vel non conversio? O impetrans amor flagrantis cordis! Perperam animæ rependant vices; & quando quasi re oporteret, propter illas fatigatis. Lassæ aberrant in via iniquitatis & perditionis; & peccatrices diligenter exquiris: illa quasi nihil magni conduceret, quod plus oportet. Leges de memoria pervicaciter deponunt; & illeges crebris anxietatibus facies amoris inquirunt: Animabus igitur incumbit quærere: dedecet illas. Utinam vel molestissimas invenias. Illas, aut te oportet? Me. Utilitas animarum mihi commodum: si quidem angore dulciter perferuntur; modo à quibus, & pro quibus fatigor, inveniuntur.

Ioan. 4. 5.

Quærit fatigatum Iesum hominem quasi se oportet.

Venit ergo in civitatem, & fatigatus ex itinere, sedebat sic fatigatus supra fontem. (Sic fatigatus tuum locum habebit) *Venit mulier*. Ege pedem. Venit Iesus, & illic dicit mulier venit. Poterat, cum sit Dominus omnium, ita moderari pernicitatem ordinatam temporum, ut ad fontem ille, & illa simul accederent, & una venirent: cur ergo prius fonti Iesus appropinquat, quam mulier accedat? Fatigatus anxius, ne mulier accedat prius. Opportunus illi videbatur articulus occasionis, ut rutilaret excellentia dilectionis in homines

V. 5 & 6. Ad complexum pernicitatis amor in civitate, ubi conspiciantur, ubi tollantur, quæ nos respiciat.

mines singularis, & grates persolverent dignas, amplectentes penitentia molestias: eiquidem ad redandam, vel fœcæ pectora provocat, contemplari tolerantiam, qua nos expectat. Hispan. *Mueve à abrazar los rigores de la penitencia, viendo los hombres el amor con que aguarda.*

Sedet etiam fatigatus cum gaudio, nam quisquam accedat homo.

Dedecorat præstantiam ebaritatis curfus uxoribus similitudo.

Quærit fatigatum Iesum hominem quasi se oportet.

visum, nec visibilem, nisi invisibiliter homo? Videt, quia humanitas Salvatoris apparuit. Sol spectatores non habet, nisi dum deficit: & ut videretur, defectus nostræ conditionis missa tulit. In splendoribus sanctorum incis inaccessibilis latebat gloria: modo revelavit condensa: & moderata copiam radiorum, siquidem

Humanitas Christi Divinitatis est index

Ovid.

Exod. 3.

V. 6.

Phil.

Deus invisibiliter videtur.

Ambrosius

Plinius

Humanitas latens est in Divinitatis cellis aptum.

*Corpus mortale tumulans Non tulit athereos.* (Ut canit Publ. Ovid. *Metam.* lib. 3. *Fab. 3.*) qui Deus ignotus; similis hominibus ad nos descendens, indicatur manifestus.

*Vadam & video visionem hanc magnam, dum Dominus apparuit in flamma ignis de medio rubi, dixit Moyses.* Pergit, ut rimetur portentum, ac in illo visionis insititatem magnitudinem; & abscondit Moyses faciem. Si videndi gratiæ procedit, vultum abscondit? Opus est orbitate perspicuorum oculorum, ut perspicuus speculetur portentum. *In rubo* (ait Philo lib. 1. de *Vita Moys.*) *erat forma pulcherrima, nulli visibili similis, divinum simulacrum luce clarissima.* Aptè cæcutit, cui videre licet. Forma pulcherrima, humanitas est unita Verbo: luce clarissima (uspotè fortiori sensibili) non videt homo: at ut videat Moyses magnam visionem, operosè, ac opportunè obteggit faciem: quandoquidem nulli mortalium visibilis, clarius videtur velamine humanitatis. Nobilior ergo obtutus, dum caligat oculus; & sanè viso magna, ut qui caret formâ, videatur & à cæcis formâ pulcherrimâ. Simulacrum Dei nunquam exitit. *Solus enim Christus est plena imago Dei* (asserit Ambros. lib. 10. in *Luc. cap. 22.*)

propter expressam in se paternam claritudinis unitatem; & tandem Moyses prospicit invisibile divinum simulacrum; dum per umbram intuetur speciosum formâ præ filijs hominum.

2. Totus Deus occupatus dicitur in hominis formatione, id est, animæ substantiâ & corporis præcisimâ effigie; ut potè qui cætera verbo, hoc opus compievit opere. *Effigiem Dei formamque quærere, inobcillitatis humana reor.* Ait Plin. lib. 2. *cap. 7.* Ne imbecillis esset; qui in forma Dei erat, effigiem hominis induit. Tanti est fabrica? Tanti. Atiquando Deus homo, unde qui totus sensus, totus oculus, totus auditus, totus sui, & totus animæ, totus animo inest in structura hominis; ut homo absconditam perciperet Deitatem, per imaginem hominem. Verbum divinum cognoscitur, dum in carne baulata, & baulante videtur: quoniam et si corpus non sit divinitatis imago; est tamè in quo relocet imaginis pulchritudo. Ut Christum cæcus à natura

11. Patens aquarum viventium, quæ fluunt impetu de vulneribus, Salvator exponit cunctis hominibus, ut alieni (in gravitate languoris & penis) funiculis charitatis, hæarant cum gaudio salutem de fontibus Salvatoris. Ille invitat, sed homo recusat. Amor monet, at eor suasionem obstinatam rejicit, quia neque in quo hauriat habet, & puteus altus est. Quamvis homo pusillanimitas gradum revocet; amor constanter persillit; & patienter expectat (sciens conditionem variabilem) utrum homo penitudine ductus, veniat ad fontem.

12. Adhuc supereminet amor. Venit mulier, postquam venerat Iesus. Ut mulier peccatrix ad fontem veniret, & hauriret gratiam salientem in vitam æternam; Iesum oportebat transire per Samariam. Multo magis infirmam oportebat, siquidem languore lubrico laborabat: & ita opus erat, & dignum quod prima accederet, & sanitate diligentia reciperet: ceterum cum amor præveniat necessitatem; ut occasio demonstretur summæ charitatis conditionem, Christo expectando affuit, dum mulier venit. Dedecorat venustatem amoris, si prævaleat cursu velocitas necessitudinis. Maiorem charitatem nemo habet: supra fontem dum mulier currebat, sedet: & fatigatus appropinquat fonti; ne præoccuparetur à muliere. Non stupet homuncio! Minime contemptularis vocantem misericordiam? Indurata faciem tuam supra petram. Non frustra fatigetur virtus Dei. Ignoras, quoniâ eius benignitas ad penitentiam te adducit? Fatigatus Iesus sedet. Non frustra fatigetur. Fatigatur? Et propter nos fatigatur. Amor maiestatem negligit, & quilibet audet.

DIDASCALIA IV.

Dum caro videtur, videtur & Verbum.

Ambrosius astruit lib. 2. in *Luce.* circa medium. Ascendit super nubè, levè, conciliantem Divinitatis radios; & en stat, qui pridè ipse prospiciebat per cæcelos. Deus absconditus dicitur: & videt non

Ambrosius

Tom. I. Taut.

Mm

tivi

Ioan. 9. 6.

tivitate videre possit; lutum ex pulvere, spu- toque Medicus Divinus facit: & vidit? Vidit. Igitur humanitas lutum est clarissimum di- vinitatis speculum. In Christo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: ergo nisi corporis pulvere mitigata divinitatis luce, non videret lucis plenitudinem cæcus à nativitate. Ut facies rutila clarius videatur, oculus graviore luti opacitate obducitur: & cæcus cæcor luto, vidit Solem, qui nubibus corporis habebat placidam lucem.

3 Auctoritas isthac punèta tantum per transfennam, aliquid dignum cogitatu ministrat. Interrogatus à ludæis, quomodo vidisset, qui cæcus natus fuerat? respondit prompte: *Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit & unxit oculos meos: & vidi.* Nec lucæ, nec Pharisæi sycophanta insimulationem instruere sciunt: excæcavit eos malitia ipsorum. Sic arguere, videbatur magis congruum: Aseris, quod non videras. Dicis, lutum fecisse: ergo videbas: si videbas, quale miraculum? Testimonium tuum non est verum. Non viderat, videbatque qui fuerat cæcus natus; & verum est testimonium eius. Non viderat: fenerat autem luti & sputi commissionem; quasi adiectionis hominis in divinitatem. Huiusmodi confectio pulveris uti terrei, & sputi quasi ex ore Altissimi significabat Deum hominem, per quem cæci homines cognitur Deitatem. Pertpicue non possunt videre Filium Dei, qui non videtur perspicue: & cæcus ut sensit studio lutum tractantem; Deum agnovit in luto humanitatis latentem.

Perpènde signum vocationis & fidei Gentium utique præclarissimum. Eicæcus est cæcus à nativitate extra Synagogam, quasi indignus accipiendi luminis gratiam: ac inventus à Iesu interrogante, si crederet in Filium Dei; qui se erat sciens, protinus *Adoravit.* In Pharisæis notatur Synagoga, in cæco Gentilitas, quæ quidem erravit ab utro & de Deo locuta est utpotè in tenebris, falsa. Illa videns non credidit durâ cervicæ, & in circumfusione cordis: hæc non cognovit, uti ignata lucis: vidit, credidit, dum illa superbe fastidivit: & ut innotesceret non malitiâ cordis, sed absentia lucis sui Conditoris oblitam, & nullatenus fugere cognitionem optatam; redimens fide, superstitionis tempus, ut vidit credidit: ac proferens indolem: Filium Dei adoravit, ut cognovit. Hoc ipsum exprimitur in Regibus Magis, qui primitivè Gentilitatis. Credidit, ut vidit lucem magnam populus, qui ambulabat in tenebris. *Vidimus, & venimus adorare.* Non venimus, quia non vidimus. Nihil morula inter visum

Deus videtur cæcus.

Studium illuminationis indicat præsentiam Deitatis.

Ioann. ubi sup. v. 38. Gentilitas prius Deum non adoravit, quia non cognovit.

Matth. 2. 2.

& adventum. Prius adorationem præstarent, si vidissent. Diligentia exhibuit pectoris promptitudinem; desiderantis retro sæculis luminis cognitionem: igitur stellâ visâ pro signo nativitatis in Oriente; ecce Magi. In iudicium Christus in hunc mundum venit, ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Vidit Gentilitas à nativitate cæca; & non vidit videns luto. en cæco cæcor Synagoga. Sat ergo modò: de hoc nobis *Tautolog. 6. Didasc. ultim. fusc sermo.*

Igitur proposito. Invenit Iesus, cæcus qui fuerat, videntem, & illi dixit: *Credis in Filium Dei?* Respondit ille: *Quis est Domine?* Et dixit ei Iesus. *Et vidisti eum.* Perplexum profectò. Vides eum: at *vidisti?* Quando? Dum fecit lutum ex sputo. Non viderat Filium Dei, & viderat quo cognoscitur Filius Dei. Filius est Deus verus de Deo vero, & lumen de lumine: per se non videtur perspicue: videtur, si luti in comprimitur in humanitate: & vidisse dicitur, quod non viderat; quia divinitas vel cæco in luto humanitatis claratur. Vidit caro factum, & agnovit Filium: siquidem per humanitatis notitiam Filij Dei cognovit & naturam & gloriam.

4 Nascitur Christus, & vocatur à Paulo: *Splendor gloriæ & figura substantiæ (Dei).* Communiter PP. de Verbo intelligunt isthanc subtilem periodum: nihilominus secundario ab Alapide intelligitur de assumptione humanitatis in Deum: sic enim hic ait: *Humanitas enim est splendor gloriæ, id est, gloriöse divinitatis: quia in ipsa humanitate Christi, utpotè tam pulchra, gratiosa, & augusta resplendet ipsa substantia eiusdem Deitatis.* Humanitas ut imago splendorem divinitatis expressit: Mundus cum non cognovit. Qua namque via, coruscavit gloria? In terra, ubi excussa Divina essentia nobilissima figura. Hunc Patre signavit Deus, ut eius etiam in carne cognosceretur Filius. Qui audit Afrononum, vel Mathematicum de cælis verbosè differenter, orbium celestium distantiam vel circino mensurantem; si imperitus, tum non audit, tum non percipit. Quid igitur fiet, ut prædicæ auditor obliviosus percipiat, quod magister tantum speculative demonstrat? In terra fit signum circino, & patet speculatio. Intende. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Quid est hoc? Hoc erat in principio apud Deum. Gloria Verbi describitur: verum non intelligitur. Multifariam, multisque modis olim Deus per Prophetas dixit: sed mundus cum non cognovit. Aberit igitur modus, quo

Fidelis prompta pignore tempus redemit ignorantia.

Ioann. ubi sup. v. 17. Verbi Dei cognoscitur natura & gloria, humanitatis notitia.

Heb. 1. 3.

Alap.

Humanitas Christi etiam splendor diviniæ substantiæ.

Cognoscitur Deitas, dum viditur humanitas.

Cometa spectabilis in nativitate Christi. Virgil.

Jacob. Dalecamp. Parad. Ioan. 2. 10.

Per Christi nativitatem cognoscitur aperissimè Numen.

Ibid. v. 34.

cognoscat gloriam Dei rationalis intellectus; siquidem animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei? Non aberit. Loquatur in Filio incarnato, & erit Divinitatis cognitio: igitur per imaginis splendorem, homo impetitor cognosceat Divinitatem. Non aberit. Explicet Verbum in terra humanitatis figuram, & obumbrantem pulcherrimè gloriam; ita ut Filium, qui sine macula est candor lucis, & Patris speculum, descendat videndus de cælo in similitudinem hominum: quippe si quia materiales, intelligunt homines per corporeas species; ex venillate speciosa materia, venient in cognitionem divinâ speciosioris substantiæ.

Prius nec ratio capiebat, quia licet audierat auris, oculus non viderat, nec in cor hominis aliqua specie descenderat. Modò gloria videtur. Formavit ergo Verbum splendoris gloriæ figuram in luto: moderato ergo lumine gaudent splendore insatiabiles oculi: & dum Christus nascitur, homines Verbi Dei vident rutilam gloriam; quoniam vident humanitatem, divinitatis figuram. Non mira cognitio; si cunctis falsit venustissima imago.

Sub Augusti Imperatoris tempus cometes admodum saustus apparuit, omnibus terris conspicuus: nec parvi momenti quod cometes, & saustus; iuxta illud vulgare Virgilij 2. *Georg. v. 488.*

*Diri toties arserit comete.* Hæc Plinius lib. 2. cap. 25. ubi Iacobus Dalecampius hic in Annotation. *Cometes hic Christi Servatoris nostri natalem prænuñciasse fertur.* Notat Paradisum huiusmodi portentum, cunctis proficuum lib. 1.  *symb. & ait: Hæc confecta Numinis etas.* Sane, nisi occurreret Ioannis auctoritas: *Mundus eum non cognovit.* Quomodo confectia numinis, si non habet beneficium cognitionis? Loquitur Ioannes de Verbo, priusquam subeundo hominem, feret caro: ceterum symbolum, dum patet caro factum. Ex nativitate Christi, quæ intellectum illuminat, surgit homo ad incognita, quæ ignorat: & agnovit mundus Numinis splendorem, illicò ut vidit splendoris figuram, humanitatem. Merito dicuntur facta, dum Christus in terris luget, nova meteora: videt homo, vel in præsepio fulgorem, & procedit feliciter de claritate in claritatem: igitur de claritate speciosa pulchrioris humanitatis, cognitio hominis transformatur in claritatem Numinis.

5. Sed enim consule. Gloria Filij Dei dicitur eius temporalis nativitas, siquidem profertur: *Et vidimus gloriam eius.* Potius hominis gloria videtur, & gaudium; quam

Tom. I. Taut.

illius, qui cum in forma Dei esset, apparuit in similitudinem hominum: & apè præ amoris pondere signatur nostra, gloria Unigeniti Patris; quia innotuit in humanitate principium reparationis. De hac gloria ab initio sæculi sæpe agebat: vel in læta cum Iacob exercitum præsignabat. Est illi namque & umbra volupe philtum; siquidem delicia eius cum filijs hominum. Delicia? Et maxima. Invisibilis in suis, apparere visibilis in nostris; incomprensibilis, comprehendi animato pulvere; ante tempora manens, esse in tempore; universitatis Dominus, habitu servus; in passibilis, passibile corpus succipere; in mortalis, mortis legibus subiacere, novo ordine, & novâ nativitate est Filij gloria, vel hominis? Illus tant, quia felicitas humanæ propaginis: Filij Dei gloria, quia in humana carne gloriæ eius claruit manifeste notitia.

Decreta est Incarnatio Filij Dei in consilio Trinitatis; ut ruina, quam disposuit generi humano serpentis industria, artis occultioris tolleretur solertia. Valuit, ac non prævaluit vasa segacitas; siquidem superabundavit & gratia, ubi abundavit iniquitas. Decernitur in præstantissimum corditionis læpæ remedium. Divinæ, humanæque naturæ consortium, ut theatrum ubi fragile corruit, unico: æu exprimens Iachym: bilem tragediam; in palcstram vertitur, exhibentem celeberrimam victoriam: ac nancisceretur Sapientia Divina lauream facinorum, quam amittit insulse ignavia Principarentum. Mittitur Angelus ad Virginem (Solis illustria futuran merito Martem) cui reverenter dicit: *Concipies in utero, & paries filium: Hic erit magnus;* licet in te, & ex te concipietur, *Filius Altissimi vocabitur.* Mirabile mysterium! Qui Filius Altissimi, magnus erit homo factus? Quis Deus magnus? Uter Deus nos? Qui maximus ex substantia ingenua Genitoris, magnus erit ex substantia condita matris? Qui excelsus ante sæcula genitus, magnus in sæculo natus: Minor ergo Patre secundum humanitatem: quomodo igitur Angelus in humanitate Filij Altissimi prædellipat magnitudinem? Non quia Virgo concipiet, sed quia pariet. Verbum erat apud Deum, descendit in mundum; utque dum nasceretur, maris cœcilitum intra Virginis claustrum. Minime apud homines pretij, quod haud seruetur oculi. Prius, quantumlibet excelsus, latrabat: & modò parvas magnam se proculdubio manifestat; siquidem gloria magnitudinis cognoscitur, si magnitudo videtur. Deleto Hispanâ vigilantibus: *Annoque es sempere*

Humanitas Filij Dei dicitur gloria, quia in ea claruit Divinitatis notitia.

Luc. 1. 34.

Gloria magnitudinis cognoscitur si magnitudo videtur.

Mm 2

excelsa su magnitud; dice el Angel se vera su grandes a mayor, por que se vera.

Magnus erit, dicitur Virgini; sed dum paries, no vero quando concipies. Concipies in utero; ubi silebit Verbum, quousque egrediat de laviori thalamo. In utero, quo per novem menses delinatos a natura, sepelietur nondum nata Angelorum & hominum gloria. At non tantum concipies: in lucem edes: hanc gloriam videbunt homines: magnitudo gloriæ crevit manifestatione: & magnus dicitur Filius Altissimi in nova natiuitates quia ampliorè cognovit mundus magnitudinem Verbi, quando vidit gloriam eius in pretiositate luti.

Concipies filium & paries. Partus necessatio conceptionem sequetur. Cuncta felicitas in conceptione nititur: igitur nequam comprehendit rationalis cogitatio inauditum ænigma Deus homo. In singularitate dignationis collocari debet summa felicitatis; ut cognoscatur sublimitas magnitudinis: & nequam dicitur magnus conceptus, sed filius natus; quoniam minime fauili iudicatur ubi ubi habuimus fortunam, sed ubi vidimus gloriam. Dum videtur, fit Verbi mutè viuidior (ut dictionis) notitia; & cum medium silentium teneant omnia.

Concipies & paries filium. Verum usque ad ortum Solis, quasi non conceperis. Quid refert gloria lateus, si latens minime refert? Non tanti, si quanta sit vel dignatus non cognoscit. Quid magnum, dum latet quid? Quid, inquam, magnum esse prodest, si non prodest esse magnum? Felix itaque predicabere ad ortum; quia editio cunctis designabit conceptum: & beatam te dicunt omnes generationes, queis germen perperâ demonstrasti; quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Dum Filius Altissimi descendit inire vias nostras; in mundo erat, sed in tuo gremio: obliquata erat involueris natura altissima magnitudo. Non magnum, quod non cunctis; uti Regibus conigit in luce natiuitatis. Ibi exinanivit se abdens fulgorem, quo cognoscitur Sol: hic videtur stella, signans quod natus sit Rex. Magnitudo in notitia magnitudinis stat: & haud dicitur magnus dum concipitur sed cum nascitur; siquidem quod plicavit latebris spectabilibus, stabellum gloriæ natus explicuit omnibus. In Incarnatione latuit Deitas: patuit dum apparuit humanitas. Ibi absconditur: hic videtur. Velamen assumpti pulveris aperuit oculos in lucem diuinitatis: & in luto humanitatis, qui alioqui magnus, utpote magnus videtur; quia extenditur magnitudo, dum explicatur.

Magnus Filius. Dei dicitur, quia se manifestatur.

Non plaudatur magnus cum concipitur; sed dum nascitur.

Quid magnus, si latet quid?

Extenditur magnus, dum explicatur.

6 Parvulus notus est nobis, & filius datus est nobis: dicit Propheta. Parvulus nascitur, & magnus Matri promittitur. Haud implicat terminorum conexio. Quicquid inficitur atas, concedit manifestatio: igitur videntes Filij Altissimi, vel in parvulo gloriam, cognovimus propter magnitudinem additam. Parvulus natus & filius datus. Sed cuius filius: Altissimi. Filius Altissimi excelsus, minime parvulus. Parvulum natum etiam pastor gratulabundus recipit; & mundus vel Filium Dei non cognovit: cognosciturque modo perspicue Altissimi Filius; quia vobis parvulus datus: quando quidem nisi parvulus daretur in natiuitate nobis; nequaquam cognosceretur Filij Dei excellentia magnitudinis.

Modò intende: Quod in ea natum est (dicitur ab Angelo nuncio, ut quietat sponsi cogitatio) de Spiritu Sancto est. In ea natum? Si natum, quemodò pariet filium? Oculit: nemo cognovit. Habetur, cum gaudet aspectus: & licet in utero sehsit filius si in ea, natus est quasi non natus. In ea nascitur soli Virgini: in partu, universo prorsus generi: & dicitur in ea natum, & pariet filium; quia non habet, ut sibi habeat, sed ut omnibus concedat. In ea, latente diuinitate, Filius Dei semetipsum exinanivit: Ex ea, ostensa magnitudine Filium Dei homo cognovit: & haudquamquam (ut rutilat Filij gloria) dicitur felicitas In ea natus, sed Ex ea: quippe dum in lucem edidit conceptam humanitatem, Filij Dei homo cacutiens recognovit magnitudinem. Parvulus est, qui magnus promittitur: igitur Filius Dei incognitus, pollicitatione signatur. Magnus abscondit nobis non magnus sine manifestatione. Hac aptat humanos oculos; ut intueantur diuinitatis radios: & apte profertur, tametsi in ea natus, & pariet filium; ut humana cognitio videat incognitum: igitur dum nobis in præsepio datus; magnus quia videtur, notus: imò homo quia parvulum Filium Altissimi videt, Filium Altissimi vel in præsepio cognoscit.

7 Crebrò enim ubi Sol nascitur, maior videtur: trahit igitur terree undeunque sursum vapores: ab illo illuminati convertuntur in lucem; & tuncque umbra (opacitate obtenebrantes lucidum corpus) radijs oppositis formant ad oculum luminare maius. Ideo aliquoties plures Soles; quia nubes, oriente Sole, sunt illius specula, seu imaginæ: de quo Plin. lib. 2. cap. 31. & Iacobus Dalecampius hic in Annotationib. Haud perspicacia in acie oculorum inest, ut Solem in meridie intente, & curioso spectet: oriente autem, vel levis vapor indulget siquidem tran-

Isai. 9. 6.

Magnitudo innotuit magnitudinis, stat.

Matth. 20. 11. Non habet Virgo filium nisi, seipsum ante generi.

Magnus non nobis magnus, si non nobis.

Cum plures Soles videntur.

Plin. Dalec. ap.

fuc-

Quomodo Sol in ortu videtur maior?

Exod. 34. 33. 2. Cor. 3. 7.

Gen. 1. 3. 4.

Magna celebratur in tantum.

Æstima biliores dotes minimi æstimantur, si non præsumit.

D. Thomas, alij, &

suefactis exhalationum moderamine fulgoribus, placidior patet intendentium lumibus. Contigit, oriente timentibus Deum lucidissimo Sole iusticia, quod usvenit quotidie nascente Sole. Latebat cunctos, ubi cubabat in meridie lucis, includens radios intra sinum Patris: unde nemo, etiam pioscius dignatus, vidit unquam; quia ipso lumine, quo ostendebatur, celabat gloriam. Nubes humanitatis terra exhalavit: & cum corpus lux susceperet; visa est ab omnibus gloria Solis fulgentis, per nubem quam levaverat denigratæ humanitatis. Singularis fulgor! Peregrinus sanè splendor! Gloria vultus Moysis velamine non splendet: gloria Filij Dei potius velamine patet: ibi sic, quia non poterant intendere in claritudinem: secus hic, ut in lucidam possint intendere placide Divinitatem. Lux in tenebris luceat. Ad inter nebulas vaporum, quod lux plus solito micet! Planè: assumpsit corpus: ac visum fuit incrementum propalam lucis; intra claustra irrorata vaporum Solis.

Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona. Vidit, non dixit, quod esset bona, omnium specimen creatura. Apposuit quidem. In excellentia non necessarium dicere, sed videre: plus dicitur videndo, quam elogio. Maxima celebratur intuitu: & non loquitur dum vidit, etiam si locutus, cum formavit; vel quia plus locutus est visu in teatro lucis undequaque pulcherrimo: vel quia optima, qua aequare non possunt dici, perquam aptius & plausius commendant oculi. Nihil ergo de maximis minima dicerent, nisi maxima viderent.

Facta ergo est lux, ex qua & corpore; postea lucidissimus Sol; cuius radij & probantur obtutu, & ignoratur aspectu. Facta est lux; quæ quidem triduo ita erat, ut nec omnino fulgeret, nec omnino latuisset. Quomodo non coruscet, quæ nata est ut illuminet omnia? An quia non præses; quæ lucida, vacat lumine? Fulgeret, si concederetur, in dignitate. Sæpe summa ingenia in occulto iacent. Plerunque spectatissima dotes haudquam fulgent, quia nullibi præfident: siquidem quæ explorabatur omnibus illustrior, commendabilis lux, visa est collocata in dignitate lucidissimus Sol. Nihil magnum, nisi ex magnis; ac nemo ut expectatur, splendet, nisi ex meritis lucidis.

8 Facta est lux, idest, Sol. Sic D. Thomas, Catharinus, & alij. Sol dicitur luminare maius, quia præ omnibus collucet. Prima lux penè luceat, penè lateat. Quomodo igitur, si ipsa est, quæ post vocata mirabilior Planeta; ante triduum non describitur ita spectabili-

ter lucida? Ipsa est Sol: fit, at quare non dicitur; quousque in orbe, cœli gyratione, collocatur? Sine subiecto fuisse creatam; asserunt Auctores non inharma notæ, ut vidimus Tautolog. 1. Expos. lit. num. 28. & Tautolog. præced. Didasc. 12. num. 20. Triduo extitit sine subiecto, & sola mansit. Die quarto corpus Solis assumpsit: & quæ latebat, splendidius micat, in corpore quod informat; quia ingenium fuit assumere corpus, ut videretur luminare maius. Videbatur antea, sed non ita. Copia fulgorum terrebat prospectum. Ideo latet, & fulget: fulget latebris, latet lumine: sicut lumen, ita & tenebræ. Quod non videtur, idem emittit vellet, quam quod videri non potest: & modo miratur mundus lucem ipsam extensis lucis; quia videbatur in clausura corporis.

Ad rem ergo, ut clareat similitudo. Verbum Divinum plauditur ab Evangelista lux: Erat (ait) lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Sol vocatur in ortu a Malachia: sic enim allruit: Orietur vobis vimentibus novem, Sol in filia. Lucem in vultu non cognovit, siquidem qui lux semetipsum exinanivit: Sol igitur magnus extitit. Si qui Sol, est ipsa lux illuminans omnem hominem; quæ via homo in Sole spectat ampliore lucem: Symbolo lucis, indicatur Verbum tantummodò in sinu Patris. Gnomone Solis, signatur lux in corpore, sese offendens hominem cunctæ humanæ propagini. In huiusmodi consortio, videtur Verbum, cum videtur caro; & adolecit in lunam extenso venustæ lucis, in speculo corpore asium præ pulcherrimæ humanitatis.

Aptius. Corpus Solis fuisse formatum ex terra astruitur a Sinaita lib. 4. in Hexæmer. lux de cœlo erat (quæ Solis forma) terræ verò materia: & facta iure luminare maius, ubi induit lux de cœlo terrenum corpus. Umbra qualem qualem habentis mysterij occultioris, dum rimatur intentè lucis confortium & animata telluris: siquidem lux vera, splendor Patris corpus adiecit, dum sibi conditionem humanam copulavit. Iusto vinculo terre & lucis; illud Sol inbruitus, qui quidem vultu luminare maius. Verbum autem Dei, quod lux, subivit hominem; & speculati sunt homines (cuius licet cogitabant, nullatenus cognoverant) magnitudinem. Factus fuit magnus, cum assumpsit corpus. Magnus: Trique. Natus est Sol, qui erat lux: Ut lux latebat, instar Solis coruscabat. Iam aspicitur: causa fuit corpus, ut a cunctis videretur: & rutilat lux Deitatis in corpore Christi Solis; quia supereminet maiestatis claritas, ubi videtur maiestas; & cuius uti affluente splen-

Lux post dicitur luminare maius, quia nata corpus.

Ioan. 1. 9.

Malach. 4. 2.

Aurora fuit clarior diuina latens in corpore humanitatis.

Anast. Sinait.

Superior solitur maiestas claritas, ubi videtur maiestas splen-

splendoribus, non cognovimus excellen-  
tiam; consortio corporis perspicue vidimus  
gloriam. Lux Divinitatis, dum sociavit cor-  
pus, apparuit Sol lucidissimus. Sol erat, sed  
luce lucem abdidit. A nemine videtur:  
modò Sol maximas & illustrior videtur; quia  
videtur.

Sol apud  
Persas in  
fani in  
specu.

Ovid.  
Plurati-  
chus.

Vincen-  
t Chart.

Sol mag-  
nus ma-  
ximus  
videtur,  
quia vi-  
detur.

Sol des-  
cendens  
maior.

Dorothei

9 Solis veneratio vulgaris apud Persas:  
verum specialis cultus, si inclusa cleritas. In  
caelo crebro adorabatur cunctorum praesidem;  
sed in terra quasi infantem: hic iacebat hu-  
mi pro cunabilis; sed ita illustratus excellen-  
tia fulgoris; ut seipso praestaret Numen, cum  
aspicerent ut hominem. Vide num eò spec-  
taret Apollo pastor Admeti ab Olympo de-  
pullus, & humana specie apud mortales exult-  
de quo Ovid. lib. 2. Metam. Fabul. 11. & Plu-  
tarchus in Numo. Quandoquidem ut interfi-  
ceret Cyclopas demones (hominis insignis,  
filij eius interfectores) debellaturus aërias  
potestates, Sol iustitiae descendit ab Olym-  
po; & surrexit a morte, medicamine homo.  
Solem igitur Persae colebant, sed minime  
quomodocunque. Maximum apud Persas  
Deorum Solem extitisse (profert Vincentius  
Chartarius fol. 45. in Enag. Phœbi) quem in  
quodam antro venerabantur. Perpende Solem  
maximum. Signate tunc, par erat, Solem  
minimam; igitur extra sphaeram, ubi patitur  
defectum. Quia via, qui praestat fulgoribus  
luminis in caelo, poterit apparere maior in  
antro? Quia lucet in antro; plus solito lucet.  
In Olympo, lux Solis radijs omnes patefecerat  
ignes, in antro verò, frangebat nebula  
corporis splendores. Qui amictus lumine,  
quali vestimento Sol, in corporis terrae sphae-  
ra praerinxit se. Augetur celsitas maiestatis, si  
aptatur spectantibus oculis. Occurrit in antro  
infans, qui in caelo summus. Quid mirum  
si Sol maximus, ubi contraxit totum Numen  
ad infantile corpus? Radij utique Solis acceperunt  
nobilissimum incrementum; cum in antro  
gauderet, fulgoribus reclusis, aspectus homi-  
num. Sol maximus & in antro. Sanè necessa-  
rio cognoscitur magnitudo. Sol etiam immu-  
rabilis, minor videtur, quia longissimè à nobis.  
Si tantillum ex throno definito versus  
hunc orbem descenderet, maiorem, imò maxi-  
mum qui tertigenae aspicerent. Maximus  
namque adorandus infans Sol, in antro ex-  
positus: siquidem tamen pupum, viderunt  
in specu Solem; & de caelo in hunc mundum  
pro hominibus descendentem.

Clarius ergo etiam in umbra lux verita-  
tis splendet: igitur non solum Solis, verum  
memoria ratilabat Matris. Nunc etiam Vir-  
ginem in lecto & infantem in praesepio collo-

remia. Vnde Castro de Vita Virginis cap. 10.  
n. 8. in Synopsi cap. ex pluribus refert, con-  
suetudinem Aegyptijs fuisse: Virginem in le-  
cto cum infante positam adorare; ut in Inula-  
ebra eorum concuterentur. Quae quidem allu-  
it etiam Novarinus in Vin. gin. Umbr. Excurs. 4.  
n. 100. Sol plauditur Verbum Incarnatum  
in nova nativitate; & Sol maximus dicitur  
recluso lumine. Idem ipse est in corde Pa-  
tris, qui eructavit Verbum bonum; ac in gre-  
mio Matris, quae protulit Verbum hominum  
verum. Quo pacto dum in mundum descen-  
dit, minorem oculi maximum vident: Quia  
Sol descendit: & extra magnitudinem caeli;  
vel in praesepio, Solis avulli perspicuus ag-  
noscerit magnitudo. Ibi indubatur copioso  
interminabili lumine: in antro pro cultu,  
assumpta mortalitate, qua similis nobis effe-  
ctus, & cum hominibus ut in mundo con-  
versatus. Crevit gloria, quia ab illis visa; &  
nactus est maximum agnosci in corpore in-  
fantis, quod nunquam potuit in substantia  
Numinis. Progreditur autem in mundum,  
formans terrenum orbem novum caelum: igitur  
in praesepio infans agnoscerit abscondite  
Divinus Sol, affluens undique radijs; propter  
assumptam conditionem hominis: siquidem  
in humanitate lucidissimo speculo, tanti Nu-  
minis & talis comprehenditur magnitudo.

10 Non enim debitas fabulas secuti (pro-  
dit Petrus, taxans praestas) notam fecimus  
vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem  
& praesentiam: sed speculatores facti illius  
magnitudinis. Non ut plerique Gentilium,  
qui mira de lente insulse insciabant, cum lo-  
querentur de Iove; sed Iesu Christi virtutem  
fecimus nota, & insuper placidissimam praesentiam.  
Per Virtutem Divinitas, per Praesentiam  
intelligitur Humanitas à N. Antonio  
Perezio in Laurea Salmant. Certam. 2. Ex-  
posit. num. 9. & 11. Quo pacto divinitatem,  
quam nemo vivens vidit, notam omnibus &  
speculator facit? Quando ergo serutatus, ut  
isactet etiam obtutus? Per praesentiam? Ubi-  
que praesens est, sed oculi terrae nequaquam  
vident: querunt dumtaxat intellectibus ma-  
nuum, si forte attraherent. Quid? Non auct  
speculum, quo cognoscatur clarior Numen  
ignotum, praeter Christi humanitatem habemus;  
ut per hominem Deum diceret haud  
difficil incipiamus. Praesentia Christi parta  
est, dum natus in mundum: & aptè Petrus  
virtutis & praesentiae eformat oculis nexum;  
quia Deitatis homines gavisi sunt cognitio-  
ne, per praesentiam Iesu Christi, quae nati  
in nativitate: igitur sublimitas Verbi Patris,  
& ceteris lucis perspicuus lute in specula per  
nubem corporis.

Castro

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Novar.

Considera modò, Speculatores facti il-  
lius magnitudinis. Cuius? Humanitatis  
Christi, vel Divinitatis? Utriusque: sed Divi-  
nitatis potius, cuius excellentiam ignorabat  
alpeclus. Quarebat homo plenus angore, at  
non videbat; sed caligabat lumine. Nisi con-  
trahatur in corporis nube copia radorum;  
excæcabit profectò lumina acutula, vel fre-  
quentia fulgurum. De hoc Verbum fatage-  
bat: nubem in Incarnatione formaverat; ve-  
rùm in rutila prorsus nativitate, cuncti po-  
tuntur optatissima nube: & per praesentiam  
oculatum sociati corporis, speculatores fue-  
runt excellentis magnitudinis; quia per car-  
nis cancellos, oculis hominum temperavit  
radios. Hoc est enim amoris studium, di-  
lectionis arcanum, & caeleste collyrium; igitur  
visa carne vagientis, videtur Verbum.

Chry-  
sostom.  
Tertull.  
Damasç

Quomo-  
di Petrus  
essentia  
Divina  
vidit, &  
nò vidit

2. Petri  
1. 16.

Petrus

Senec.

Gloria  
apparuit  
Orbi in  
Christi  
nativi-  
tate.

Psal. 84.  
20.  
Luc. 2.  
14.

Nota: Chryl. Epist. 5. Tertullian. Con-  
tra Praxeam cap. 15. & Damasç. Orat. de  
Transfigur. asserunt, Petrum in Transfigura-  
tione essentiam Divinam vidisse, quod quidè  
insciantur merito Theologi? Vidit? Uti que:  
non in se, sed in effectu, id est, in splendore  
gloriae corporis Christi. Altitè Petrus nimis  
stupens in Thabore; & quod non vidit, verè  
dicitur vidisse; quia per gloriam & splende-  
rem corporis, cognovit promptè magnitu-  
dinem Numinis. Iam ergo non Deus igno-  
tus: igitur videtur Altissimi Filius.

### DIDASCALIA V. Verbi Incarnati miseria sunt mundi delicia.

1 Exclamat iurè Mellissus Doctor cum  
Filius Dei contemplantur in praesepio,  
Sermon. 4. de Assumpt. Virginis. Iam ergo  
rorarunt caeli desuper, ac iustitia & pax oc-  
culatae sunt. Non sunt ad caelum elevanda ma-  
nus, nec exorandus aditus (dixit arroganter,  
ad rem quidem, sed aliò intentus Cordubensis  
Stoicus Epist. 41.) ut nos ad aures (Nu-  
minis) quasi magis exaudiri possimus, admit-  
tat. Propè est a te Deus, tecum est, intus est.  
An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo  
aditus exurgere? Modò non solum supra  
fortunam sumus, sed extra: siquidem Verbi  
exinanitio facta est hominum repletio. Si  
Deus pro nobis, quid contra? Propè est, te-  
cum est, intus est. Quomodò? De caelo pro-  
spexit miseras hominum, interpellatà iusti-  
tiam; ut inhabitaret gloria in terra nostra. Glo-  
ria dicitur in altissimi Deo, dum Saluator in  
lucem editur; haudquaquam in imis, ubi ha-

bitat homo. Repugnant frequenter caeli, ter-  
raeque gloria. Quo igitur pacto habitabit  
gloria in terra nostra? Si caeli gloria, Christi  
nativitate, videtur in terra. Gloria caeli est  
Verbum Patris; & caro factum habitavit in  
nobis. In nobis; cum nobiscum habitat, ha-  
bitare perhibetur. Nobiscum habitat, ubi à  
nobis visitur: & non desolat adhuc infans  
obrutum luminum, sed habitatione cordium;  
ut qui carne propè est, intus dilectione sit.  
Dignatur igitur ab hominibus conspici; ut  
valeat dulci philtro corda comprehendere.

2 Ergo inclinatur caeli, ut pateant  
Adamicae proli. Vim enim patitur, si caeli  
gloria humi ostenditur. Quòd Olympo pate-  
feret summa felicitas (vidit profectò Chris-  
ti posteriores glorias) par erat adequatè  
beatitudini; ceterum quòd caeli plenissimum  
gaudium offerat miserabili homini, re-  
pens fulgoribus infimum globum, iustifican-  
tibus incundissimè Empyrium! O altitudo  
dilectionis! Deus homo! Deus quavis homo  
involutus infantium!

Vagit infans inter arēā  
Conditus praesepia!  
Membra pannis involuta  
Virgo Mater alligat;  
Et manus, pedesque Dei  
Stricta cingit fascia!

In medio duorum animalium, qui continet  
mundum! Iacens in luti palcis involutus fa-  
sciolis! Haec non gloria, sed miseria; & dum  
Verbum descendit in terram, homines mise-  
ri in terra vidimus gloriam; quippe illius in  
humanitate miserie, facta sunt mundi deli-  
ciae. Apparuerunt flores in terra nostra, quae  
pridem spinas & tribulos germinabat. Do-  
minus dedit benignitatem, & terra nostra  
dedit fructum suum. Nam ut canit Sedulius  
lib. 4. Carm. Paschal. v. 264.

Cognoscite cuncti  
Mistica quid doceat animos miracula nostros;  
Caca sumus proles miserae de foetibus Eva,  
Portantes longo natae errore tenebras.  
Sed dignante Deo mortalem sumere formam  
Tegminis humani, facta est de Virgine nobis  
Terra salutaris.

3 Terra salutaris; quia cultum (quem  
sociavit in Thalamo Virginis) arripuit ho-  
mo, ut videret splendorem Deitatis. Felix ter-  
ra, quaterque dicatur & merito; igitur gloriam  
Dei-hominis vidit homo: & quae canitur in  
excelsis, attrahatur in infimis.  
Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo;  
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna;  
Iam nova progenies caelo dimittitur alto.

Sic Virgil. Bucol. Elog. 4. v. 5. Quod totum  
& Sybillinis oraculis usurpavit in gratiam &  
blant

Ioanni.  
2. 24.  
Christi  
quavis  
corda, ubi  
lumina.

Dilectio-  
nis alti-  
tudo  
Deus ho-  
mo.

Sedulius

Virgo ter-  
ra salu-  
taria.

Virgil.

Tyrefas felicitat caecus.

Horat.

Oculus clarus celo, claudatur mundo.

Alciat.

Amoris caecitas, est cognitio non claritas.

Exod. 13.

Deus in carne visio magna.

Et inaccessibile, quod sit individuum humana natura.

blandimen Augusti; praecipue ex Sibilla Cumana, & Phrygia. Patet ex Eusebio in Vita Constantini. & ex ipsarum carminibus, quae inuenies tom. 8. Bibliotheca Patrum. Haec vidit homo: & videt: Sors felix Tyrefa quod vidit Pallada nudam; & felicitior quia promerere ostendebat lucem raptam. Gloria tur merito orbitate caecus, quia unico aspectu fortunatissimus oculus: & sponte viso Numine, lumine privator; ut vel in lucem sine luce ruat, vel nisi Numen aliena non ceruat. Quapropter (liquet ex Horat. lib. 1. Satyr. 2. v. 90.) qui Numen intuitus, — Ne corporis optima lyncis Contempere oculis, Hypsa caecior. Insigne urique praefertit superioris muneris, in sicentate exquisita caecitatis: siquidem qui Numen viderat; peperam obtutus in caducis collocahat. Supervacanei oculi, supremo gaudentes lumine. Haec conditio (dignitas Numinis luce, mentis incognita ecclasi) Pauli luminibus inerat: quandoquidem & apertis oculis nihil videbat. Amor Divinus iacet in praesepio. Convenit hoc quod veste caret, quod corpore parvus.

Tela, alaeque ferens, lumina nulla tenet. Dixit And. Alciatus Emblem. 113. Si Numinis fucati radijs aspectis felicitat caecutit, cui forte aspicere configit, & amor caecus est; cedamus amori: igitur videmus Numen plenum gratia & veritate. Amemus igitur, ut caeci fiamus. Amemus caecae quod aspiciatur secundae nativitate nova, quanvis amittamus frontis luminaria magna; siquidem huiusmodi caecitas est proculdubio cognitionis claritas. Ad quod igitur oculi nativam sibi expectabunt claritatem; si viderunt in infante & Numinis pulchritudinem? Aspiciatur Ingenti Filius. Et quid amplius?

4 Visionem magnam vocavit Moyses descensum Dei in thronum flagrantis rubi, priorsum incogniti, & novissimae in igne manifesti. Rubus humanam significat conditionem: & Moyses dignae tamen, tantae visionis exaggerat magnitudinem; quoniam nil obijcitur oculis, ut dignae videas; dum videtur in mundo clara Deitas. Quid videri oculis corporis, si descensus in mundum ineffabilis? Quid si Deus videtur homo? At quid, si aspiciatur homo de humanitatis senescio rubo? Visio proculdubio magna: non est ultra quod videam, quia nihil ultra. Iam ergo nobiscum Dominus & humanus pro nobis plorat: iam immortalis inter morti decedentes mortalis habitat. Quando, vel benedictio Deitatis innixus, amore nimio sustulit, excogitare poterat Divinum Verbum

humanae conditionis individuum? Haecine gratia mortales constituit maximopere gloriosos; & quandoquidem nullatenus apprehendit Angelos. Iam homo inventus est habitus, sicut ceteri hominum. Sicut ceteri? Sane.

Septem igitur signa individuum speciei rationalis constituentia asstruuntur a Porphyrio Tyrio, qui prius Malchus, cap. de Specie. Scilicet: Forma, Figura, Locus, Tempus, cum Nomine Sanguis,

Patria. Non satis fuit Verbo excessus sociandi naturam humanam, de quo Incarnato praedicator in quid; & convenit nobiscum in minutis collectionis proprietatum, demonstratum id de quo? O Deum summum? Quid a te non accepit genus humanum? Notas enim despecta pertulit conditionis; ut vehementiam demonstrat et charitatis. Forma igitur, Formam servi accipiens. Figura ergo, In similitudinem hominum factus. Locus vero, In praesepio. Tempus autem, Cum nox in suo cursu medium iter haberet. Nomen enim, Vocabis nomen eius Iesum. Pater siquidem, In principio erat Verbum. Mater etenim, Nascitur ex Maria Virgine. Patria demum, In Bethleem Iuda. Ihsic proprietatum individui cumulus? O gloria rationalis naturae, tantae & talis consors gloriae! Filius Dei exutus maestate, gaudens & plorans conditione terrea! Obijcitur veritas, seu phantasma? Manichaeus exclamabit dicens: Phantasma est. Etsi rumpatur, deginuat cito venenum. Verè Deus homo: verè nascitur; & quantumvis tanta fides charitatis Dei in heminem, intelledui superare videatur maximam fidem.

5 Nascitur Christus Sol ex illibatae tabernaculo Virginis, ac eum ostendit aquila Ioannes Plenum gratia, & veritatis. Veritas igitur gratiam complectitur; ubi peregrinae substantiae tegmine (tanquam Sponsus procedens de matris thalamo) nascitur. Diligant, quibus apparuerit, singulare portentum, in visione & agnitione magnalium suorum: quippe ita excellit benignae dignationis obsequium fragilem mentem; ut tanta videatur demerentibus gratia, percellere veritatem. Plenum veritatis. Idem, perfectus homo; non confusione substantiae, sed unitate personae: quia sicut Deo vera humanaitas, ita homini inerat vera divinitas. Id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit: ita ut vilitas laevi animati corporis minime pignus fascinetur Deitatis; nec huius excellentia, carnis consortio, videretur phantasma.

Porphir

Phillip. 7. Luc. 2. 7 Sap. 18. 24. Matth. 2. 2. Ioann. 1. 1. Matth. 2. 1.

Ioann. 1. 14.

Gratia & veritas dicitur, quia plerumque salax gratia.

Bed.

In eo homini non ascendit aereus in dissolubili aere vitalitatis, & humana vitalitatis.

Isidorus in Isidoro.

Verbarum Verbi impossibile complet.

Thren. 2. 11.

Inseparabili humani generis ante incarnationem.

Cant. 1. 1.

rasma: Verus homo, verus Deus, nihil falsum, nihil simulatum, nihil fictum. Sic Beda hic. Ad quid ergo huiusmodi demonstratio? Nociva igitur passiones astruunt corporis veram naturam. Ploratus, vagitus, in temperiesque temporis nequaquam signa phantasticae corporis. Probant hominem: & Ioannes gratiae incomprehensibili consulto inserit oculatam veritatem; quia nexus divinitatis & humanitatis fugit audacia solute imaginationis. Cogita: Principium omnium sub mensura temporis; cui credita caeli formatio, nasci humiliter in praesepio. (Vera Deum soboles nascere magne pueri quia non erat locus in diversorio; Verbum caro, Deus homo; qui in sinu Patris, habitare in nobis; videtur hominibus imposibile: siquidem fidei huius demonstrationem comprehendere ratio nequit; quandoquidem nullo argumentum pro studio in naturam, & vigil invenit. In unione harum prorsus contrarietatum vertitur vehemens charitatis studium. Ita pectoris flagrat exultantis vehementia; ut vel intuentibus indiget phantasma. Probatio eximiae charitatis est proculdubio clara exhibitio singularis operis: & ut aspiceret sordidus cymnoprius homo factum verè, quod uti illusionem cogitabat phantasia; Ioannes proterens gratiam Verbi mortalitate induti; dicit meditante illud pleni esse veritate: quippequam quicquid captus hominis impossibile intelligit; cordis estudium in rutilo infante fidelissime complet.

6 Natura ergo humana in croceis enutrita; antrosum iacebat, quanvis merito, despecta. Clamabat quidem caeca, nuda, misera, & miserabilis: Vide Domine & considera, quoniam facta sum vilitas. Etiam Angelus eam aspiciendo despiciebat censorio supercilio; ac de aspectus torvitare causabatur lectus homo. Nullibi lassus prospiciebat, vel grave solatium; nec in caelo sursum, nec in terra deorsum: os ergo infernorum offendeat ignivomum, sulphure patulum; caelumque pupillorum auspicium, caelum ferreum. Verbum subivit hominem; & eundem ascitam illius venerantur dignitatem: igitur mutata luce sursum mirè coruscabat, quae uti denigrata noxa, in mortis umbris iacebat. Invida sanè fuit omnibus: verum si vifa; & amicus praeferit, & infestus protegebat.

Murenulas aureas faciemus tibi vermicalatas argento; dum est rex in accubitu suo, socij Sponsi dixerunt. Sponsio in aureas struatas singillatim arbitror: nec mirum, frequentissimum igitur apud Orientales, uti dicitur.

xi Tautolog. 1. Didasc. 6. num. 14. Socios iudico Patrem, & Spiritum Sanctum: Unde Sepruag. Similitudines factemus tibi cum signatibus, vidit ut homo ruit (igitur dedit pretiosa quae pro cibo; & erubuit fraudatus a desiderio) obtulit se Verbum Divinum, alimere conditionem humanam, ut quam plurimum repararet acerbissimam ruinam; quanvis signata occurrerent subeunda in corpore, & amaritudines dira mortis superanda. Haud recenti plagae exhibendum anodynum, sed in plenitudinem destinata temporum; & dum modo est in accubitu suo, qui (iuxta Bernardum Serm. 42. in Cantico.) est sinus Patris, & sit arri Divinitatis, humanitatisque argenti portentum singularis unionis (quia desiderium propensius ut nequeque pro hominibus inflat) in legis umbris similitudines cum signatibus sunt, ut amor quieteat. Profusio fuit cum iacobo lueta: velitatio egregia. Dimitte me dixit: & discessit cedens victor caelo athleta; Utique. Rivalem vidit faucibus, igitur sciebat industria semper percussus: & quanvis in figuris appareat ut homo; & erubuit profecto in pugna ludrica, corpore non plagato.

Alij pro proprio accubitum intelligunt Verbi incarnationem (vide Cornel. Alap. hic Sensus 1.) iuxta Ambrosij versionem: In accubitu suo, in declinatione sua: siquidem in Incarnatione quasi defrensus sinu Patris, declinavit, & anxie in gremium Virginis: ac simulachra, ut ludat coram eo omni tempore, etiam cum signatibus offeruntur obtutui; quoniam donec est oblectari, flagrant desiderio: Hunc rex sit (ut legit Augustinus) in accubitu suo.

Non tantum Incarnationem, verum Verbi Dei conversationem, accubitus, sive declinatio Regis significat; ait Alapide, ubi supra. Hic ornatur murenulis aureis, argenti variegaturis, Stigmatibus, simulachris, similitudinibus, clavis, notis. Sic plerique legunt. At Chald. tabulas legis alludens, Cum Sapphiris. Hanc opinionem signavit us Tautolog. 3. Didasc. 5. num. 9. Cur ergo huiusmodi inares sunt affabre instructae, ac lapidibus pretiosis refertae, & illi tantum? Murenulas aureas faciemus tibi, dicitur. Sacramentum est huiusmodi fabrica, & rebis gloria.

7 Contigit sub Augusti tempore, ut observat Conradus Lycollhenes in Apophthegm. pra copia viluisse sapphros, & pro nihilo haberi lapides ita pretiosos. Anaglyptes quidam, qui grandem aureorum copiam in acquisitione horum lapillorum condiderat, & multiplicandam luxu Senatorum co-

Septuag

Ubi oblectaretur Verbi offeruntur voluntariis imaginibus hominum.

Gen. 3. 26. Verbi Dei amoris in stantia.

Ambr.

Imago est hominis obijcitur, ut placet a quietat.

Alap.

Chald.

Cont. Lycollh

Industria au-  
rifica, ut  
summo  
venirent  
sapphiri  
de specte

gitaverat; rumpebatur amaritudinis stimulo, contuens & pellucidas gemmas sine pretio. Vexatio utile consilium ministravit: igitur Augustio pro munere aliquot contulit, non alio pretio (quod primum risit abunde) quam quod sapphiri Imperatorie infererentur vellet. Promissis Augustus stetit, ac exolvit votum; & aurificis studium nactus est quæstum; siquidem illius ad exemplar (cum Primates electione sapphirorum blandirentur Principi; haud alijs lapillis studiosè culti) ut obtinerent, sese impellentes, maximo pretio ab aurifice emebant, quas præ copia dudum sine æstimatione præteribant. Æstimatio Principis, sit porro commendatio amulantis Senatoris: atque industria assumptionis in vestem, sapphiri conciliavit pretiositatem.

Habuit  
Christi  
corpus  
abique  
peccato.

Modò flectamus acumen oblectatæ rationis in mysterium obumbratum involuero auctoritatis. Argentum cum notis, seu sapphiris in murenula aurea, est humana conditio assumenda à Verbo Divino pro similitudine absque peccato. Murena dum coit, deponit venenum: & dum Verbum caro factum, corpus ex radice Adami infecta, subivit: sed in Genitricæ radicis peccatum non invenit. Prius inauris aurea Verbum extitit, verum minimè vermiculata argento, vel argenti aluendæ vermiculo. Natura humana, etsi à die conditionis, ut sapphirus habuit pretium; projecta est, iniquitate inventa, de medio lapidum ignitorum. Nulla igitur erat sapphiri hominis negotiatio, quia elevatione cordis pollutus erat in decore suo. Nihil factus est: quandoquidem amisit rutilam pretiositatem, per inancem vafri venditoris adlectionem: mansitque gemma propudiosè commentitia, quæ condita fuerat ab aurifice cætya. Plodebatur: nemo nisi obiter aspiciet, nec benigne. Si Angelus offendeat, proculcabat, quasi obsequiosè: igitur pugnat orbis terrarum contra insensatum; qui non valuit se continere, nec sibi consulere propter cibum. Nexus argenti & auri cum sapphiris in murenis, conciliaturus erat amissum pretium humanæ propaginis: & murenula sunt in officina, idest, Virginis claustrò, calatæ ex Divinitatis solido auro, ac humanitatis argenti: ut Principes Angeli contemplant assumptionem, sapphiri (hominis despecti) æstimatione pretiositatem. Quia cæli Rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram iam angelicæ celsitudinis non despicit: ait Greg. Magn. Homil. 3. in Evang. Tanti pendit hominem lapsum artifex summus. Operis pretiosi pœnituit despectus; & sibi sociat, ut plurimi fiat. Habebunt & Præ-

Gregor.  
Magn.

ceres magni, quodcumque à Principe magno habetur honore. Non dedignant accedent: gratulabuntur enim & non despicient: siquidem pro obsequio exhibent aliquando figuram humanitatis; peregrinum cultum plaudentes Imperatoris.

8 Praterea *Murenulas aureas faciemus tibi*, dicitur. Pende *Tibi*: Non alij: quia sic Deus dilexit mundum, ut non Angelum, aut Archangelum mitteret, sed Filium suum unigenitum daret. Sic diligitur etiam ingratus homo; ut propter hominem proprio non pepererit Filio. Unigenitum habuit, & hunc misit: cui tantum in aures huiusmodi cum sapphiris aptantur; igitur solummodo profuturæ, quia aptantur illi. In illo æstimabitur lapis sapphirus; qui erat utcumque à Proceribus despectus: & per assumptionis seriem in ornatum indumenti; eadem mensura hominis, quæ est Angeli. *Tibi*? quia Princeps: & dignitatis hominis honore viso, & aulici festivi Principi blandirentur æstimationis obsequio. *Tibi*. Igitur si Angelo; esset simul pauper & inops: & *Tibi*, simul in unum dives & pauper. *Tibi*; quoniam murenulas, prospectas pro insignibus, omnes gentes plaudunt manibus. *Tibi*; quia in manu tua, non sola sapphirus, sed etiam lutum æstimabitur, uti lapis pretiosus.

Deus in  
hominem  
amore  
estendit,  
quia Uni-  
genitum  
habuit  
hunc mi-  
si.

Lapsus  
pretiosus  
est lutum  
conditio-  
nis huma-  
nae regni  
ne Verbi.

9 Stantem vidit Dominum Amos super murum litum, & in manu eius (infit) *Nulla commentarij*. Septuag. ut alibi vidimus, *Adamas*. Alij *Lutum*. Perperam cohærebunt varietates lectioinum, siquidem adamas pretiosissimus lapidum: lutum verò quantumlibet desæcatur semper lutum, quodquidem pedibus teritur, quia manus vel duntaxat attactu maculatur: & plauditur obtutibus uti nitidus adamas, vasti pulveris prætermissa sortiditas; quia quæ videntur æstimationi undecumque vilissimas, in manu Domini coruscant pretiosas. *Super murum*, ait. Sed qualis murus? Homo terreus, cuius pretium lividi hostes cogitaverunt repellere, irruentes tanquam parieti inclinato; & maceria depulsa: & modò dicitur haud labilis murus; quia super lutum fragile stetit Dominus. Lutum caro mortalis est: Dei Filius factus est caro, suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ac benignæ assumptione accepit pretium maximum adamantis, qui humi iacebat, & pari pretio, æstimatione pulveris. Denique. *In manu eius operi manuum suarum porrexit dextram*; ut pariter plauderent, qui hominis conditionem circumspexerant invisam. Viso Domino in animato lutum; accessit simul aulicorum æstimatio; & pangunt gloriam ad præsepe properantes gra-

Amos  
7. 7.  
Septua.

In manu  
Dei cur-  
sa pre-  
tiosa.

Massa  
humana  
que ter-  
rebat  
assump-  
tione pul-  
veris, si-  
ter assump-  
tione pre-  
tiositate,  
adamantis.

DIDASCALIA VI.

Pœnitentia virtus facit infecta de factis.

Scipio  
Bargag.

Nubes  
naturæ  
frangit  
nitescit  
elata à  
Sole.

Petra  
Sancta

Matth.  
17. 5.

Dicitur  
nubes lu-  
cida: nu-  
bes natu-  
ræ, luci-  
da gra-  
tia.

gratulandi; quia pulverem viderunt rutilum adamantem in manu Domini. Iam enim nitide effulgrat, quæ denigrata iacuerat.

10 Nubem igitur levem, seu telaris humilem exhalationem (aëris naviculum, & in terris sæculentum) coram Sole amulam Solis, quia speculum lucis; pingit Scipio Bargaglius pro Symboli corpore in suis *Symb.* cum hoc lemmate *Elata nitescit*. Germanum igitur dignationis Dei, ac hominis restaurati hieroglyphicum. Humi homo iacebat, ut umbra: ab Angelo despiciebatur, uti natus pulchritudinis, natura quassa, macula venustatis, confuso orbis, litura cæli, formido paradisi, quæ fuerat gaudium universa terræ. Etiam in patria ubi huc illucque cursitabat peregrina, iactabatur, concutiebatur, excutiebatur tanquam corpus vaporis, nubis levis & fœneatæ exhalationis. At nunc forte obtinet, quæ factata, pulchritudinem? Sanè. Sol Iustitiæ accendit gratis super nubem levem; & coruscet amula Solis cunctis prodigium, assumptione mirificæ humanitatis in Deum. Regaliolus igitur humana conditio quæ sursum volare non potuit; & ut assumeretur, ad Aquilam studiosè confugit. Vide Silvestr. Petra-Sancta lib. 9. de *Symb. Heroicis*. Assumpsit, sortem operatum obtinuit: siquidem quæ ut sphaera lugubrium in seipsa maculata latuit; quasi summa illuminationum Solis, à Verbo assumpta nitescit.

Ascenderunt tres illi dilecti in fastigium Thaboris, ubi Sol Iustitiæ transfigurandus: & *Ecce nubes lucida obumbravit eos*. Opus enim erat nube quasi velamine; ne oculi discipulorum fulgore nimio, fatiscerent lucis intranabili pelago. *Nubes lucida*. Quomodò luceat, dum opacitas nubis insignit; aut quomodò nubes, si præ solito nitescit? Nubes fanel-quam obiecta & obumbrans fuit: tibi radiabat Sol: & discernant in Thabore rutilam nubem, vel umbram mirificè rutilantem; igitur elevata resuscit, quia Sol respexit. Nubes, ut dixi, signum est terrene conditionis, & schema temeratae humanitatis. Minime rutilabat, quippe erat humifursum erigitur, ut illuminetur in aère: ac extimam expargit claritatem, quia assumpta mirabiliter in Solem. Videte si florent mundi delicia, quæ vocabantur & iure miseris. Nihil ergo laboris fatiget hominem, dum Filium Dei agnoscit ut fratrem, anxietatum participem.



Tom. I. Tautol.

Cæsar.

Culpa ad  
nihilum  
redigit  
animam.

Gen. 3.  
9.  
Ezech.  
28. 19.  
Psal. 72.  
22.

Psal. 55.  
6.

Pœnitentia  
cul-  
pam.

Gen. 2.  
7.

Homo cõ  
suetudine  
ex limo,  
ut possi-  
bilis sit  
illius ob-  
versio.

Horat.

Pœnitentia  
facit  
hominem  
de factis.

Paradoxum est Arelatenis Episcopi. Cæsarij homin. 17. Eisdè velligijs restaurat vindex pœnitentia quidlibet, quod præruptè destruxit noxa. Inde coram igitur erat, plus valere potentiam deficientem, quam efficientem. Nil mirum, quod virtus faciendo faciat; si potentia virtutè deficiente consummat. In contritione patratæ culpæ huiusmodi illecebram virtus meditante abscondit; ars ut artem falleret. Nulla autem est efficientis & deficientis differentia, nisi quod transgressio legis destruit subiectum, & compunctio cordis diruit piaculum. *Ubi es Adam?* dicitur non est, ubi? Nullibi erit: hæc ergo locatio responderi nihili. *Nihil factus* superbia crimine, exprobratur Rex Tyrus: David nesciens, ad nihilum est redactus. Effecerunt & defecerunt. Quid igitur pœnitentia criminis? Facit infecta de factis.

*Confessio & pulchritudo in conspectu eius*: exclamat Regius Piales. Confessio malum utique comitatur: pulchritudo in gratia vertitur: & in laudem pœnitentiæ, ut vincat dexteritatem culpæ, artificio subtiliore; confessio & pulchritudo in conspectu culpæ, & pulchritudo gratiæ apte cohærent in contrito corde: igitur ut signet infecta, quæ fuerunt à transgressore patratæ; per humilem integritatem & exactam confessionem, redit (qui nihilum) in pristinam pulchritudinem. Consilium initer de fabrica hominis; & massa eligitur de vastitate telluris. Si perfectiora cuncta, quæ à Domino; cur homo constatur ex materiali ac spiritali principio? Perfectior videretur constitutus ex perfectiore, idest, solummodo spiritali. Neutiquam. Spiritus vadit, & non redit. In signaculo similitudinis pleno sapientiæ & perfectæ decore, perivit opus undecumque lucidum: a verso, diverso, & converso cadere possunt in naturam hominum: ita ut si diversione finditur & aversione frangitur crebris ictibus; conversione erigi possit in principium, à quo desciverit transgressionibus.

Sunt certi denique fines, Quos extra, citraque nequit consistere rectum. Canit Horat. Sat. 2. lib. 1. v. 106. Hominis indoles sumè variabilis: modò hoc, modò illud placet, & displicet: ac cõstruitur etiam ex limo, & quo in homine mutatio: ut possibilibus sit in finem,

Nº 2

nem, conscientia verbe, conversio. Auspica-  
trice penitentia, adimento confessionis,  
redit ex integro in deturpata splendorem  
pulchritudinis: siquidem illa mirificis mo-  
dis, ut format reformatione hominem; facit  
infecta de factis.

Psal. 9.  
15. 16.

Peccati  
parvitas  
quae  
rursum  
non in-  
venitur.

2 Dum a Deo conteritur brachium  
peccatoris, & maligni (ait Psalmographus)  
*Quaeretur peccatum illius, & non invenietur.*  
*Dominus regnabit.* Contemplantur igitur diffi-  
cultatis summam, ut extollas substristem &  
hilarem penitentiam. Peccatum est, siqui-  
dem quaeritur: non est etiam, igitur non inven-  
itur. Iudicium igitur fit maligni peccatoris,  
ac strictio peccatoris malignantis: qua igitur  
via, si tibi nemo supplantatur, quia praeter pec-  
catum nihil in ultionem quaeritur; peccatum  
non invenitur? Quia non habetur. Peccator  
penituit: maculas criminis lachrymis la-  
vit. Maximo artificio penitudo praeviens  
infecta facit coram iudice de factis; & dum  
peccatum indagatur a iudice, non invenitur  
etiam ab accusatore.

Cur le-  
pra con-  
fessio?

Lepra quidem indigitur in folijs sacris  
saepe peccati symbolum; ac in eius sanitate  
videor mihi videre examinis penitentiae  
remedium. Lepra ulcus est, non vulnus: haud  
inest intus, sed apparet extime. Ulcera ete-  
nim cutis in superficiem corporis trahunt  
humorem putredinis: quo expulso, efficacis  
interventu medicaminis, restituitur caro  
fontici; sicut cario pueri parvuli: uti dicitur  
4. Reg. 5. 4. & huc confertur apte penitenti-  
nis salubre medicamentum; quia nullum re-  
manet transgressionis vestigium.

A. Reg.  
5. 4.

Deus ob-  
placet si-  
bi in con-  
verso pec-  
catore.

Perpende modo. *Dominus regnabit.* Quid  
igitur habet Regnum Dei; ut nunc eius gla-  
ria memoretur, ubi noxa peccatoris non in-  
venitur? Amor Dei in corde peccatoris non in-  
venitur: ita ut si non regnat in nobis, quasi  
parvipendat excellentiam maiestatis. Regnat  
utique in hominis pectore gratia; ac cum  
gratiam peccatori conferre, sit eius gloria;  
dicitur a Davide: *Dominus regnabit*, si trans-  
gressorem praevagationis penituerit: siqui-  
dem nihil habet potioris oblectamenti; quam  
cum peccatum factum non invenitur pecca-  
toris penitudo. Dicitur peccator.

Luc. 23.  
42.

3 *Dominus memento mei, cum veneris in*  
*Regnum tuum*: dixit Latio pendens a cruce  
Christo de cruce pendenti. Unde ergo novit  
nominare Regem, dum in eadem damnatio-  
ne est? Rex igitur gloriose stat: & incongrue  
illius memor est gloria, quem simul videt in  
cruce. Quo pacto cogitat crucifixi gloriam,  
ubi non conspicit circumque nisi poenae?  
**Observa prius factum, ac vigilanter extrica-**

bitur testimonium. Plures Doctorem, quos  
adire licet hic, *Didasc. 3. num. 6.* blasphemum  
fuisse, asserunt. Augustin. *lib. 3. de Confes-  
sion. Evangelist. cap. 16.* Cyprian. *Serm. de Pas-  
sion. Domin.* Ambros. hic. Cyrill. Ierosolym.  
in *Catech. commun. 13.* & Leo Pap. *Serm. 2. de*  
*Passion.* alunt, non fuisse blasphemum.  
Quomodo ergo fuit blasphemus, & non fuit?  
Penituit exacte: operibus porro credite. Ne-  
gat, iure suo haud abutens, se sceleris criminis  
machinam; dum contritione cordis ducitur  
ad penitentiam: & cum videtur telis peni-  
tendinis percussus fuit in cruce, & minime fuit  
blasphemus. Fuit, quia peccatum commisit;  
non fuit, quia commissum ita respicientia  
delevit, ut nullibi inveniretur peccatum,  
quavis ab accusatore molimine quaerere-  
tur.

Non in-  
dicatur  
peccator,  
quem pec-  
cati pa-  
nitet.

Alap.

Isa. 1.  
16.

Lapsi Gy-  
gis peni-  
tentia.

Habac.  
1. 11.

Invisibi-  
lia sunt  
peccata a  
contritio-  
ne diluita

Vera po-  
nitentia  
est Chri-  
sto ius-  
tor glo-  
ria.

Exod.  
15. 26.  
Deus  
medicus.

Senec.  
Idem.

Peniten-  
tia reno-  
vatur bo-  
no.

Auson.

Moeta-  
nea que  
na Dea?

Psal. 50.  
6.

Psal. 20.  
11.

Psal. 15.  
2.

4 *Mira conversio* vocatur ab Alap. hic  
in *Luc.* & sane mira: quandoquidem pec-  
catum quod commisit, in ietu oculi disparuit.  
*Mira conversio*: siquidem inficiatur peniten-  
tia, quod concesserat malitia. *Anferite malum  
ab oculis meis*: dixerat impijs, qui oculos ha-  
bet lucidores Sole. Omnia nuda & aperta  
sunt ei. Scit omnia: & conversio praeconis  
dicitur mira; quoniam singulari velamine  
penitendinis, abstulit malum a iudicis oculis.  
Gygis lapillum imitatur penitentia: omnia  
facit & luminibus lyceis invisibilia.

5 *Respiciere ad iniquitatem non poteris*:  
ait Habacuus Domino Deo exercituum  
& ultionum. Aliud est enim, quod conniven-  
do non respiciat, & aliud quod delicta respi-  
cere nequeat. Quomodo ergo, si voluerit  
discutere scelus; caligabit in malis peripi-  
cior oculis? Interventu penitentiae, quae au-  
fert delicta a iudicis lumine. Perperam vide-  
bitur iniquitas, si iniquitas non videtur: &  
non videtur, quavis instantur quaeratur; quia  
dum accedit ad vindictam integritas iudicis,  
cordis dolore evanescit ab oculis. Antefert  
contritio Gygis annulum, si ut par est, depla-  
ratur delictum: & quavis libri aperiantur, &  
iudex fideat, ut audaciam criminis puniat;  
respiciere ad iniquitatem minime poterit,  
quia penitentia flagitium & penitus abole-  
vit. Quid mirum, quod invisibile non videat-  
ur? Quantunvis peccata sint ut coccinum,  
candore penitentiae non invenitur vesti-  
gium. Libri albi sunt: non novum, quod in-  
dex iniquitatem respicere nequeat, dum in-  
iquitatem non habet, quam lynx respiciat.  
Distorte igitur arguet crimen, si circumspicit  
candorem.

6 Modò claret discretio Latronis, in  
forma libelli supplicis. *Dominus memento mei,*  
*cum veneris in Regnum tuum.* A Latrone glo-

Luc. ubi  
sup.

gloria iudicis memoratur, cum crucifigitur;  
quia ille dolore flagitiorum percellitur, & ad  
meliolem frugem sese recipit, quavis dum  
animam agit. Brevis igitur intervallo tempo-  
ris exhibuit exempla flagrantis charitatis, &  
verba protulit haud fallacis penitendinis: qua-  
propter eius visus penitentia, illi ex integro  
condonata sunt peccata. Erat in paradiso &  
hodie, qui sic floruit charitate, vel in fine: ac  
felix indicat gloriam iudicis, & merito; dum  
ipse luget in ligno: quoniam Christo nil iu-  
cundius, nec amplioris gloriae index viva cior  
quam videre contritione peccatorem ita de-  
lere peccatum, ut non remaneat sceleris nec  
vestigium.

7 Ratio cuncti propositi restat. Peni-  
tentia medicamen est, Deus Medicus: *Ego do-  
minus sanator*, dicitur *Exod. 15. 26.* Sed quia  
Medicus praestantior scientia; etiam praestat  
penitentia medicina. *Cum vulnus sanatum  
est, etiam cicatrix manet*; inquit Seneca lib.  
1. de *Ira* cap. 16. Sed cur manet? Idem sibi  
*Epist. 73.* adequatè respondet: *Bona valetu-  
do, quam medicus etiam si reddidit, non praes-  
tat.* Qui medicus praestat, ex integro sanat.  
Ideo penitentia nobilissimum omnium me-  
dicamen; siquidem in faucibus nec relinquit  
cicatricem. Licet plagis graviorum criminum  
homines extinguantur; emittes spiritum  
tuum, & crebrentur.

Redactus ad meliorem mentem, confu-  
sione criminis percutus, & Metanea ductus.  
(*Moetanea mentis mutationem significat*  
unde *Auson. Epigram. 12.*

*Sum Dea, qua facti, non factique exigo poenas:*  
*Nempe ut peniteat, sic Moetanea vocor.*)  
Observa facti, & non facti. Poenam iudico  
de omissione & commissione locutum: at Di-  
dascaliae iuvento micat aliter & ingeniose iu-  
dicium. Factum & non factum quomodo?  
Proclive sane si poenas facti iam exegit peni-  
tudo; igitur quod lituravit culpa, dealbavit  
subtilior Moetanea: ac dum causa perducitur  
ad iudicium, penitentia proponitur factum  
infectum. Exclamat proleptus Psalter, etiam  
penitentia Regius: *Tibi soli peccavi*. Solum, cum  
tot hominum scandalum, vel iniuriam passus?  
An quia solus Deus poterat exhibere animo  
medicinam, soli Deo dirigit noxam? Alibi di-  
xit: Obtinebitur a corde compunctis salus  
capita: *Quonia declinaverunt in te mala. Bo-  
norum meorum non egesset*; sed malorum meo-  
rum, ut medeatis.

8 Non solum medicamen vulneris in-  
tendit Vates faucibus culpe flagitiorum; sed  
etiam modum misericordiae medicaminum. Ictus  
alio vulnere commissi sceleris, & agitatus  
furijs conscientiae ultricis, in pristinam salu-

tem restitui obsecrat, & soli Deo vulnus pec-  
cati commendat. Opportune petit, si mereat  
consequi. Nathan qui vomicae exposuit,  
si sanaret, vitas profectio expelleret: at rema-  
neret nota cicatricis, quam inulserat immani-  
tas lurida labis: & tantum offert Deo cor  
vulneribus consolium, & illi foli; quia solus  
scit vulnere mederi edam sine cicatrice.

Praestat, non reddat saltem Coelestis Me-  
dicus. Parvi esset medicina, ubi medici non  
relucet excellentia. Artis medicae vulgaris  
studium, cogitata cicatrice, apponit analo-  
goticum. Perfectioris medicae a Deo offi-  
cium initur vulneratis; etiam si abundet  
corda pruriginis puris: siquidem ulcers abso-  
lescit vestigium; & dum adhibet penitentia  
medicamentum; & tantummodo vulneratus  
Deo committit infictam plagam, quam do-  
let; quia solummodo competit Deo, vul-  
neri medicari sine vulneris vestigio.

9 Cicatrix in corpore indicat portio-  
nem corporis aliquando vulnere laetam; non  
valente medicina abstergere huiusmodi mac-  
culam. Eminent penitentiae vires, siquidem  
facit infecta de factis: & nulla remanet cicat-  
ricis nota, ubi non accessit plaga. In cicatri-  
ce pruritus saepe doloris; quia facta fuit dis-  
iunctio carnis & cutis; & inter dum affectus,  
vel sanus dolet; quippe humoris portiuncula  
leniter pungit. Penitentia etiam reliquias  
tollit sceleris, efficacitate singularis medica-  
minis: & nullatenus remanet quod pedus  
pungat; quia non habet vulneratus unde do-  
leat.

Nullò modo fatagit cicatratum cor Re-  
gis de medicamine, quod in sacrificijs pro-  
clive (quoniam si voluisses sacrificium, dedis-  
sem utique: holocaustis non delectaberis) sed  
de perfecto medicamine, quod inest virtuti  
mirabili penitentiae. Sanaret namque alijs  
eopios remedijs, quae signa remanent in-  
ficti vulneris, dicitur Psalter: & transgressionis  
vulnus dedo penitens, & dolens tibi foli;  
quippequam suspiciosa medela cum cicatri-  
ce. Patcat ergo non mederi medicaminum, sed  
penitentiam.

10 Denique. *Tibi soli dixit*. Proponit-  
tur curatio non discernim, dum posticitur  
singulare medicamen. *Agat Princeps curam*  
(monet Seneca in *Sententiis*. *Non tantum stati-  
tis, sed etiam bene sita cicatricis*). Plura quam  
posset, videretur precipere; dum hominem, et  
si curatio non peritum, sine cicatrice admo-  
nuisset medicari. Studere ergo decet Prince-  
pem (si oportet stringere ensem, nam imme-  
dicabile vulnus ense reddidendum) non tantum  
subditorum salutem, sed positioni cicatricis ho-  
nestae. Non sanandi sunt, ut potius medicina

Soli  
Deus me  
dicatur  
morbo, ab  
sque vul-  
neris ve-  
stigio.

Qualis  
excellen-  
tia medi-  
caminis  
peniten-  
tia.

Suspicio-  
sa mede-  
la est ci-  
catrix.

Senec.

Invisi-  
biliter  
absterge-  
tes vul-  
nus, sed ut  
suis peni-  
tentibus  
infirmis  
re.

Yul.

vulnerentur: vulnerandi sunt pro peccatis, ut saluti restituantur. Medela sanè gravis, si eminet in curatione deformitas cicatricis: & expellenda vel vulnere culpa; verum sine infamia nota: igitur iris est subditis aberrantes punire, sed nefas criminibus infamare; Hoc opus est Principis; sed aliter officium Cœlestis. Cuncta in privavum splendorem restituit, ubi sanator accedit. Ille, etsi medicatur vulnere cum honesta cicatrice; manet cicatrix, quanvis inurat honestè: hic apponit penitentiam medicamen, abstergens omnino crimen: & ut impetret singulare remedium, dum infixus videbatur sagittis criminum; Deo dixit Pfaltes penitens, tibi, foli que peccavitetem sine cicatrice cordibus penitentibus mederi, Tibi soli.

11 Accedere cogitat ad patrem Prodigus in se reversus. Cum autem à longe esset, vidit illum pater ipfius. Acuitate celebrata accipitris præstant lumina pietatis. Misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Nunquam exspitit gressus misericordie (quæ vidit illum, antequam accederet) igitur si vel ipsa celeritate offendit; super collum dilecti libitò cadit. Desiderat profectò misericordia huiusmodi lapsum; dum agnoscit ut filium tot criminibus divitiarum prodigum. Super collum cadit: idest, amplectitur & osculatur. Aprius caderent flagella, quam oscula: & offensus confert gratiam, dum illum provocat iniquitas ad vindictam; ut ostendat, nolle mortem delinquentis, sed duntaxat conversionem peccatoris. Cecidit super collum eius. Comitas tanta exprimitur benevolentia & custodia. Quos amplectimur, complectimur: & pater Prodigus artè complexus, & clementer exhibet; quia suspicatur, ut avolet. Haud iterat amplexus cogitatio lenis: inchoatum peragat prudentia patris; ne lividus hostis cum videret amissam, extensione lacertorum raperet prædam. Amplectitur: ut amplexu experiatur, in quas graves manus incideret, nisi penitudo ad patrem suaviter duceret. Accurrens amplectitur. Citius adest, quam à Prodigus invocatur: siquidem dum ille percussus dolore cordis accedit; pater misericors obvius manibus accurrit: imò filio dignò præcurrit, ut quacitissimè accederet.

12 Amplectitur. Ceterum quare? Ne filio cicatricem relinquat, dicit Chryfologus Serm. 3. Quid interest, inesse, vel abesse vulnere cicatricem; dummodò faucius recuperet sanitatem? Excellentia prorsus medicaminis cœlestis; quod concinnat vulneratis artificium penitudinis. Mentis & cordis integritatem, magis quam corporis paterna

Luc. 15. 20.

Deni penitenti non adhibet flagella, sed oscula.

Pietas diuina cõpulsio penitudinis accurrit.

Imò præcurrit.

Chryl.

intenderat pietas; cum vidit filium, quem turpiter deformaverat iniquitas. Si vires reciperet sc̄tus, remanente cicatrice; haud mederetur pharmacum penitentia: & pater erga filium exquirit nobilem penitentia medicinam, ut tanti flagitij nec viderent notam. Laborat pater, Ne filio cicatricem relinquat. Prudenter cogitat: ne alij sciant, quòd ipse conniver; & libenter indulget. Ne inflametur, dem sanatur. Ne informet seruum, cuius penitit & filium. Haud remanebit cicatrix vulneris, nec in minima portione sauciati cordis; quia minime salus indicabitur penitentia; sed physica medicina: quandoquidem ubi respiscencia confert medicum manum; non remanet ulceribus vel levissimum indicium.

13 Accessit stimulo errati impulsa, ac doloris vulnere intime percita (inveniens proprijs in fontibus ignes, ut tergeret & ambureret superfluas cogitationes) recumbenti Medico mulier peccatrix. Obsequia in Salvatore meditanter ordinat, eidem quibus instrumentis offenderat; ne minus serviret amori, quam cesserat vanitati: & plus demonstrationis fidei elicitur videretur sagitta profani; quam spicula Divini. Nobile profectò facinus! Si non errasset, fecerat illa minus. Contemplabatur mundiolus & repumicatus Phariseus (qui invitaverat Medicum) ministerium peccatricis importunum: quasi in supremo Deitatis templo, tetum cupidinis non penderet in vaeno; & Solem macula laderet, vel cælum ulla sagitta feriret. Sic enim cogitat: Hic si est Propheta, sciet utique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum; quia peccatrix est. O Pharisee invictor & irrisor! Unde scis, Dominum necesse mulierem? Quia peccatrix? Agnosce peccatrix astutians generosam utrunque pietatem; dum vel offensus recipit, & libenter peccatricem. Scit quæ sit, & tu nescis. Scit peccatricem fuisse, verum ignoras penitentem esse. Honchius ergo cogita. Non est illa: etenim penitentia & compunctione cordis, ingeniosè cogitans, fecit infecta de factis. Exinanivit semetipsam eversa cogitatione; & facies ita mutata respiscencia floridissima specie; ut mirum esset agnosere mulieris vultum, cum non remaneret nec qualitatibus indicium: imò ut floreret penitentia perpetuò vitæ; hæc (intende) non est illa, quæ fuerat in civitate peccatrix.

14 At quomòdò non est illa, quæ fuerat? Quia non qualis fuerat; Medicus considerabat. Expulit conversione ultrix prævaricationum penitentia, quicquid intruderat aversione noxa: & bene noverat singularis me-

Non remanet vestigium sceleris, dum adhibetur pharmacum penitudinis

Magdalena penitentis singularetur

Luc. 7. 39.

Quam nobilis diuina cõmentialis

Non est quæ fuerat Magdalenc.

Nec vestigium peccati remanserat.

Caus. Quis effectus Arca lovit

Matth. 26. 6.

Nec umbra.

Luc. 7. 37. 38. 2.

Vel minima nota.

medicus qualitatem; cum ibi videret peccatricem penitentem. Nigra fuit, sed est formosa: decoloravit faciem respiscencia, & ita maculas dedit splendore doloris; ut vestigium nullum remaneret cicatricis.

Ad aram Iovis Lycaei, qui vel fortuito accesserit (alij dicunt Iovis aram) vel ex proposito; qui dudum heteroscius, fit illud afcius: idest, sine umbra, sicut usuvenit habitantibus in torrida Zona. Sic inquit Nicolaus Caslin. lib. 1. (ex Pausan. in Arcadicis) Symb. 70. Hoc templum invenit penitudo Magdalena; cum pueta angore intimo, accessit Iovi Medico Servatori. Sequitur macula criminis animi vulnus, non aliter quam umbra sequitur corpus: & ita lucidam reddidit animam contritione, quam denigratam fecerat voluptate; ut iniquita exacte macula criminis, nec umbram index inveniret sceleris.

15 Perpende. Simon dicitur leprosus, & Matth. 26. 6. & Marc. 14. 3. quia fuerat leprosus, etsi sanus, & à Christo; ut placer aliquibus, Bedæ nempe, Augustino, Maldon. & Cornel. Alap. hic. Cognomen igitur, licet expers, traxit à morbo. Cur ergo factum est, quod cogitat de muliere Phariseus: Quia peccatrix est, si fuit? Simon citius sanatus à Christo, retinet in cognomine vestigium infirmitatis: quare ergo Magdalena, est à Christo medicata, umbra notatur immunis? Differentia causam nota. Simonem leprosum à contagio vindicavit medicina: Magdalenam verò vulneratam, salvam fecit penitentia: non remanet nec memoria præterita infirmitatis; cui adhæret intime pharmacum mirabile contritionis. Altius medicatur respiscencia, siquidem illuminat mentem; quam ars relinquens vel in experte differimnis cicatricem: & peperam invenitur in Magdalena nota; cum non remaneat vel cicatricis umbra. Nomen etiam abolevit, dum cor se præfata, penitudine pupugit. Importunè investigabitur vita antea, vel nominis leve indicium; si penitentia quicquid illa commisit, prætermisit infectam. Accessit penitens ad Salvatoris aram, & vel graviorum criminum tetulit penitus umbram.

16 Contextum observa. Hic dicitur dicumbente Medico: Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix. Capite autem sequenti inter obsequentes Salvatoris nominat Lucas Mariam, Quæ vocatur Magdalene. Quomòdò nunc inferibitur Magdalene, & pridem peccatrix mulier? Ut cognoscatur rutila penitentia claritas, & Magdalene immaculata puritas; aptius videretur proficere mulierem,

quæ fuerat in civitate peccatrix, sequi Medici cum & Salvatore. Minime, Peperam diceatur, quæ non fuerat: absurde esset peccatrix, quæ non deliquerat. Penitentia itaque facit infecta de factis; & in penitente non vifa, nec umbra sceleris. Quid mirum, quòd peccus pertusis crebris ictibus esset lucidum totum; non habens penitudinem aliquam partem sceleris tenebrarum? Erat dudum peccatrix, sed modò non fuerat; igitur nitro contritionis navum cluerat. Haud rectè umbra signabitur à circumspicientibus Magdalenen; cum non reliquerit noxa in vulnere cicatricem. In curatione cæci nati exhibetur nobile exemplum. Lutum igitur medicamen apponitur, sed etiam ipsum medicamen abluitur.

DIDASCALIA VII.

Quam contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit!

1 S Ie Stoicus Cordub. Pref. in lib. Natur. Quæst. Ergo est aliquid supra, quòd cogitationes tendant. Nisi ad hæc admitterer, non fuerat operæ pretium nesci (infit idem ibid.) quid enim erat, cur in numero viventium me postum esse gauderem? Detrahè hoc inestimabile bonum: non est vita tanti, ut sudem, & æstuem. Ducimur enim illecebris, quas fallaces signamus & amplectimur. Non ducimur, quo ducimur; licet prætermissione compungamur. Non ducimur, quia non videmus; sed quia nolumus. Aptè mari confertur humana corda; in actas expelli extinctorum cadavera. Cadaver igitur speculum exhibetur claudis humane perpetuò expofite cuique: luctus, itaque dolor, atque mors opinata, vel inopinata, non solum iudicatur nature superbia, sed vivendi tributa. Cadaver speculum est fragilitatis inconstantis, qua constat homo; & lubricæ undecumque felicitatis imago. Ictus est suavis, quo excitatur sopitum lumen rationis, & aniam præbens respiscencia mentis: ac mari assimilatur hominum peccata, quia licet instanter ad monefaciant cadavera, etiam dum propalam obtatibus insunt; monita & exempla in litus larum oblivionis expellant. Interponitur igitur (dum sepeliuntur) studiosè velamen terram, ne pullent crebris monitionibus semisopitam memoriam. Nec potitur homo oblivione,

Ioann. 9. 7.

Seneca.

Mare symboli humani cordis.